



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>






1547

STATV TÓRVM,
SEV CONSTITVTIONVM
SOCIETATIS CHARITA-
TIS DE VRBE.

PARS PRIMA.

Coff. Rom. Socie. Jenk.



selv.



5.20. F. 22

Rome M. D. XLVII.

B. S.

THEATRE

ARTS & CRAFTS

SCULPTURE

PAINTING

WILLIAM H. DAVIS

STATV TORVM,
seu Constitutionum So-
cietatis Charita-
tis de vrbe.

P R O O E M I V M.



O CIETAS Sanctissi-
mæ Charitatis de Vrbe , ini-
tium habuit ; per Dei inspira-
tionem, sub Anno salutis, Mil-
lesimo Q uingentesimo, De-
cimo nono , die prima Ianua-
rij, Authore, et fundatore quondam Bo. me. D. Iulia
Medices, tituli Sancti Laurentij in Damaso, presbytero
Cardinali, & Sanctæ Romæ Ecclesiæ Vicecancel-
lario, quam fe.re. Leo Papa decimus confirmavit , Sub
Dat. Anno Incarnationis dñicæ, Millesimo Q uingen-
tesimo, Decimo nono. Q uinto Caleñ. Februarij. Pon-
tificatus sui, Anno septimo , prout in literis apostolicis
de super consecris latius appetet . Et cum dicta Chari-
tas consistat in dilectione dei , & proximi,in hoc pro-
obseruatione eius partis Charitatis,quæ respicit proxi-

A ij

P A R S

rum, consyderatum fuit proximi indigentiam versari
quadripartite, erga pauperes videlicet, vel menicare eru-
bescentes, vel carceratos, vel infirmos non habentes unde
faciant se trans portari ad Hosptialia, vel mortuos, quibus
tantum non superest, quantum sufficeret ad sepeliendum,
ita q̄ s̄epe contingebat in Urbe pauperes huiusmodi in
stratis publicis tam detineri mortuos, donec oblatione, fi-
delium sepeliri possent. Quare ex his, & alijs consy-
deratis, deo inspirante, ercta fuit dicta Societas, ut pro-
miseretur in præmissis. Verū quia quodcumq; Collegiū,
requirit habere aliquas constitutiones, vel statuta, quibus
legitime gubernari possit, Eapropter de communi consilio
dictæ Societatis, in Congregatione generali, & de eius
decreto, & mandato, facta sunt infra scripta statuta, in
futurum obsruanda, donec in eis, vel aliquo ipsorum, ali-
ter visum fuerit dictæ Societati aliquid corrigendum, im-
mutandum, vel delendum fore.

DE PERSONIS ADMITTENDIS
in Societatem Charitatis.

CAPITVLVM I.

N PRIMIS, cum dicta Societas, à personis Christi fidelibus, constituta sit, et in eis consistat, visum fuit determinare qualitates personarū, quæ interuenire possunt, & debēt in illa, fuitq; propterea deliberatum, ac statutum, q; omnes Reuerendissimi Cardinales præsentes in Curia, qui voluerint in dicta Societate describi, lœto animo, & cum gratiarum actione, recipiantur. Itē Prælati quicunq;, necnon Curiales urbis similiter præsentes (prævia tamē illorū propositione, in generali Congregatione, ac præuijs votis omnium congregatorum) saltem pro duabus tertis partibus admittantur, & describantur in libro dictæ Societatis, gauisuri privilegijs, & indulgentijs, de quibus in dicta Bulla Papæ Leonis.

De Protectore dictæ Societatis habendo.

CAP. II.

ET ut illa, quæ occurrunt fieri in dicta Societate,

P A R S

fauorabiliter executioni mandentur, & illius decreta obseruentur, Statutum est, q̄ in generali Congregatione, unus ex Reuerendissimis Cardinalibus ad scriptis in dicta Societate, eligatur, vel viua voce, vel alias, ac perpetuo, vel ad tempus, prout melius videbitur, in quo non sit certa norma eligendi, sed stetur arbitrio Congregationis, prout sibi melius videbitur expedire.

De Officialibus, deputatis nuncupatis.

C A P . III.

ET quoniam vniuersa cura gerendorum negotiorum orcurrentium in dicta Societate, versari debet penes paucos, qui specialiter sint intenti ad regimen negotiorū huiusmodi, placuit dari certam normam, ut ex dicta Congregatione, sex Officiales, deputati nuncupati, per annum duraturi, elegantur, vel extrahantur per bussulam, qui diligenter curare debeant negotia, & opera dictae Societatis, donec alijs noui elegantur, vel extrahantur, ut supra, hoc tamen modo servato, q̄ in extra licne nouorum Officium, unus ex antiquioribus, pro informatione aliorū, praeseruetur in officio, ita q̄ in noua deputatione Officialiū, post primam, q̄m̄q; duntaxat ex socijs elegantur, vel extrahantur.

De officio dictorum Deputatorum.

C A P. IIII.

Dicti deputati, vniuersalem curam gerere debent circa exercitium operum Charitatis. Et quia imprimis describendi sunt, & annotandi, pauperes mendicare erubescentes, Prædicti Officiales, bonam & synceram diligentiam faciat per se, vel alium, seu alios sibi fidos, ut personæ, quæ sibi proponentur, pro eleemosyna panis recipienda (primo facta distributione inter se de inquirendis) inquirantur, an sint tales, quales propositæ sunt, & an vere sint mendicare erubescentes, inter, quas illæ personæ, quæ fuerint inuentæ nobiliores, et quæ ad aliquā pauperatè redactæ sunt, libenius adscribatur, in quibus cū dari nō possit certa norma, an tales sint in honestæ uitæ, vel qd. aliunde, qd ex eleemosyna possint sibi victimum querere, ut Charitas ipsa extendit possit in alios magis indigentes, & qui plus mereantur, Hoc remittendum erit arbitrio, & conscientiæ dictorum deputatorum habentium inquirere, qui debeant tenere unum, duos, vel plures libros, ad negotia Societatis, & pro memoria rerum gestarum describenda, quorum librorum, tituli inscribantur, prout usus exiget, & ratio dictorum Officialium dilabit.

P A R S

De Secretario, & eius officio.

C A P . V .

Dilecti deputati, quo facilius ipsi possint ad maiora negotia Societatis intendere, habeant de Societate ad nutum Societatis in generali Congregatione amouibilem Secretarium Mercenariū, qui notet in aliquo ex dictis libris, nomina & cognomina dictorum pauperum, qui ad scripti sunt pro distributione panis in elemosynam dari, singulis diebus Dominicis, et qui simul sit Notarius in Archivio Romān. matriculatus, ad rogandum se de Contractibus, quos stipulari occurret, in negotijs inter Societatem, & alios quoscunq; & qui etiam annotare debeat decreta, & ordinationes dictae Societatis, que fient, tam in generalibus, & in particularibus Congregationibus dictorum deputatorum. Item censuit bonum esse, & Congregationes generales frequenter fierent, ut socij seipso viserent, et inuicem se exhortarentur ad opera Charitatis.

De Camerario, seu Camerlengo, dictae Societatis.

C A P . VI .

Debet etiam dicta Societas habere unum Mercenariorum, & amouibilem, vi supra, et de Societate Camerarium, seu Camerlengum, ut cedammet dictum Se-

cretarium in exigendis pensionibus domorū, ac censibus
debitis dicitæ Societati, et qui assistat in distributione, pa-
nis, vna cum dictione Secretario, ac uno ex dictis deputa-
tis, remittendo tamen modū expediendi præmissa, prout
melius, et fidelius videbitur fieri posse, deputatis pdictis.

De Solicitatore ad visitandum Carceres.

C A P . VII.

ET quia unum ex principalibus membris spectanti
bus (ut supradictum est) ad opera charitatis, est q̄
prouideatur pauperibus carceratis. Propterea ordinatum
fuit, q̄ habeatur unus Solicitor, Mercenarius, et amoni-
bilis, ut supra, qui nomine Charitatis visitet Carceres, sin-
gulis diebus, & quos repererit pauperes, & oppressos,
studieat ipse, si poterit, proliberatione eorundem: alioquin
referat deputato Charitatis, qui habet interuenire in visi-
tatione carcerū, vt tales pauperes subleuentur, etiā, si opus
fuerit, mediante pecunia Charitatis pro soluendo carcere,
aut expensis, vel capture.

De deputato ad interessendum in visitatione carcerorum. C A P . VIII.

ET ut magis impleatur officium Charitatis pro dictis
pauperibus carceratis, voluit q̄ eligatur in aliqua Cō

P A R S

gregatione generali, unus ex sociis, qui debit interesse in qualibet visitatione Carcerum, ut assistat nomine Charitatis praesidio pauperum carceratorum, & pro viribus suis, praestet remedium opportunum ad sublevandum oppressos, & si hoc ipse efficere non possit, utatur, praesidio, & auctoritate Reverendissimi domini Protectoris Societatis, qui deputatus etiam curare habeat, quomodo eleemosyna, per Quae stores pro carceratis collectae, distribuantur, retinendo unam ex clavis Caputarum dictorum Questorum.

De Baiulis, seu Fachinis dictae Societatis.

CAP. IX.

ET quoniam inter alia incumbetia dictae Societatis, est ut prouideatur pauperibus & grotis, et inopibus moribus: Statutum & ordinatum fuit, quod expensis dictae Societatis retineantur duo Baiuli, seu Fachini nuncupati, cum insignijs Charitatis, ac barris duabus, quarum altera sit pro infirmis, altera pro mortuis, & dicti Fachini, Statuta sebi mercede, prout conuenienter cum dictis deputatis, portare debeant gratis, de loco ubi sunt infirmi, ad aliquod Hospital, & si opus fuerit, de uno Hospitali ad aliud. Itere portare habeant mortuos inopes, si quireperiantur extra Hospital, vel ad parochiam, ubi reperti fuerint, vel ad

Campum Sanctū, sine spe mercedis alterius, q̄o eius, de qua conuenerint cum dictis deputatis, hoc etiam adiecto, q̄ si dicti Fachini reperti fuerint aliquid habuisse, vel ab aliis tuliſſe à dictis in firmis, vel alijs, pro eis, vel de bonis dictorum mortuorum, sine scitu, & consensu dictorum deputatorum, propter aliquam forsan iustum, & rationabilem causam, amoueantur ab officio cum ignominia, et debita poena castigentur per dominum Gubernatorem urbis, ad querelā dicti Procuratori, vel Solicitatoris, aut dictorum deputatorum Societatis.

De protectione, et cura Monasterij Conuertitarum de Vrbe. C A P. X.

ET cùm inter alia opera charitatis, sit confouere peccatores pœnitentiam agentes, & conuersos: Cumq; pro membro dictæ Societatis, habitum fuerit Monasterium Conuertitarum de Vrbe: Statutum, decretum, & ordinationem fuit, q̄ dictum Monasterium, semper futuris temporibus, habeatur sub protectione, & cura dictæ Societatis: et idem Reuerendissimus Protector, qui pro tempore fuerit dictæ Societatis, etiam esse censeatur, & sit Protector dicti Monasterij, vel, si videbitur, eligatur alius Specialis Protector, ex Reueren. de Societate prædicta, ad curam, & protectionē Monasterij præfati, ut

P A R S

ei succurratur in necessariis, & etiam pro illius correctione, & reformatione, si opus fuerit, quemadmodum melius deliberabitur in Congregatione.

De Congregationibus faciendis.

CAP. XI.

CVM autem negotia gerenda in aliqua Societate, requirant communicari hominum consilia: Propterea ordinatum fuit, ut semel in mense, fieret Congregatio generalis dictae Societatis, in loco consueto, ac die, & hora, prout intimatum fuerit de ordinatione dictorum deputatorum: Et deputati ipsi semel in hebdomada, debeant se congregare in loco similiter consueto ad consultandum de negotiis necessariis, & opportunis dictae Societatis, & pro executione decretorum factorum in generali Congregatione, vel alias.

De non alienando res immobiles dictae

Societatis. CAP. XII.

ITEM Statutum fuit, ne bona immobilia dictae Societatis alienari possint, nisi ex decreto generalis Congregationis, propter causam aliquam urgentem, & necessariam, prout videbitur dictae Societati generali.

P R I M A.

De Syndicis eligendis. CAP. XIII.

Item pro excusatione quorumcunq; Officialium prædi
ctorum dictæ Societatis, & ne aliqui male suspicari
possint de administratione bonorum eiusdem: Statutum
fuit, qd tempore, quo fiet electio, seu deputatio bonorum Officialium, fuit etiam electio dominorum Syndicorum de
Societate, qui habeant syndicare, et residere computa de
gestis, ac introitu, et exitu anni, quo dicti antiquiores Officialies, administrarunt: Et dicti Syndici in sequenti gene
rali Congregatione, referre habeant in folio, in quo statu
reperiuntur administrata prædicta. Et si forsan non ex
pediuerint videre vsq; ad primam Congregationem, nullate
nuscessent hoc facere in secunda, ne res diutius remaneat
in pendenti, et vt collatur omnis suspicio prædicta.

De Visitatoribus in firmorū Societatis. CAP. XIII.

Item ultra prædicta, cū Charitas exercenda sit multi
pliciter, vi supradictū est, plurimum conuenit, vt etiā
exerceatur in personas, quæ sunt de dicta societate: Et
proprietary ordinatum fuit, vt deputentur duo de Societa
te, qui curam habeant visitandi in firmos Societatis eiusdem,
eos p̄ verbis ad consolationem animæ, ac factis, etiam cum
pecunijs, si opus fuerit, adiuuent.

Explicit prima pars Statutorum Charitatis.

PARS
STATV TORVM,
SEV CONSTITUTIONVM
SOCIETATIS CHARITA-
TIS DE VRBE.

PARS SECUNDA.

De Titulo Societatis.

CAP. I.



VONIAM omnibus in
rebus, vt quæq; recte ge-
rantur, Methodus præscri-
bi debet, et norma quedam,
ad quam res gerendæ impri-
mis dirigantur: ob id pientif-
sima Vrbis Curialium Societas Sanctissimæ Charitatis,
nuper initia in Vrbe Roma, sub Anno salutis Millesi-
mo, Quingentesimo, Decimo nono, Die vero prima
Mensis Ianuarij in vnum congregata, maturaq; delibera-
tione prævia, uno ore, & vno consensu, statuerunt, &
ordinauerunt, q; hæc Societas perpetuò nuncupetur Socie-
tas Charitatis Curialium, atq; sub illius sacratissimo ve-
xillo, & cultu perseveret.

De Protectore. CAP. II.

CV M verò dicta societas, opportunū , operæ appre-
cium existimauerit, si aliquem sibi Protectorem pa-
ret, cuius duc̄tu , et auctoricio initia Charitatis opera au-
geantur, ne non aucta indies, magis magis florent: & si tātē rei fœlicissimus extiterit Author ac Fudator, Re-
nerēn. Dñs Iulius Medices, tt. Sancti Laurentij in Da-
maso Presbyter Cardinalis, & Sanctae Romān. Eccl-
esiæ Vicecancellarius, in exemplum secuta omnipotentis
Dei, qui ab initio constituit hominem, & reliquit illum
in manu consilij sui, delegit sibi (quod fœlix, faustum, for-
tunatūq; sit) tanti inchoati operis Protectorem, eundem
R.D. qui tantarum rerū auctoritissimum dederit exor-
dium, sit idem firmissimum præfidium, & incrementū:
cuius pientissimis, munificissimisq; manibus, Deo Opt.
Max. fauente, eiusdē Charitatis sacratissima insignia de-
ferantur, operaq; perpetuo vigeant, ac celebrentur.

De eligendis Officialibus. CAP. III.

QVanis sit emolumenti, ac commendationis, res quas-
cūq; perpetrandas, certorum hominum fidei, &
diligenti curæ cōmiserere, Sanctissimæ Charitatis Confra-
tres, plane intelligentes: statuerunt, et inviolabiliter ob-

E F P A R S

seruari, unanimi voto, mandauerunt, ut ad huius societas regimen, elegantur primi omnium sex deputati. Septemstanten, in deputatorum numero, idemque perpetuis, Dominus Gerius Valdanbrunus de Areto, huic curae praefectus a Reverendissimo D. Fundatore, neque unquam ab officio huiusmodi amouerit possit, donec per Reverendiss. D. Fundatorem, aliud innovatum, et institutum fuerit. Praeterea, sex Consiliarij, unus Pronisor, duo Syndici, unus Rationarius, seu Computator, unus Secretarius, qui Officiales sexto quoque mense committari debeant, exceptis Computatore, et Secretario, non ut ceteri ad statum tempus amouendis, sed diutius, eoque magis et minus, quod Societati visum fuerit in officio praeueraturis. Qui omnes, & singuli, summa observatione, ac vigilantia, demandatas sibi curas, & officia, citra fraudem, Deumque ante oculos semper habentes, exercere, & exequi teneantur. Mandatur praeterea quod ex praeteritis deputatis, unus ab officio sequentis semestris, in nouorum deputatorum creatione, non amouetur, atque alij quinque in numeru Consiliariorum succedant, prosequentur. sex mensibus, ultra electos.

De modo eligendi Officiales.

CAP. III.

VIT suis quaque locis digesta collocentur, modusque rerum cunctarum Magister, hancquam postponatur,

tur: Mandatur, q̄ deputati, diligēter cūrent, omnes et simi-
gulos fratres, per nuncios in vnum conuocari, ac in statu-
tum locum, seu alium magis idoneum congregari, atq; ex
omnibus, qui magis apti, minusq; occupati viſi fuerint, in
nouos procreent officiales: quae procreatio fiet per uoces
publice dandas, aut per lapillos albos, & nigros, ijq; ad
officia deputentur, quibus plura aſtantium vota, aut ma-
ior lapillorum summa contigerit.

De Libris Societatis.

C A P. V.

Quoniam aeuo ab usq; condicō legere eſt, ne rerum
memoria antiquaretur, sed posteritati consuleretur,
tam publica, q̄ priuata negotia, in libris actorū, per actua-
rios referri conſueſſe: Mandatur imprimis, q̄ ordinan-
tur tres libri, in quibus tā accepta omnia, q̄ expensa So-
cietatis describantur, et notentur. **Q**ui libri cum insigni-
bus Charitatis in tergo excornati, in principio habeant no-
tatos redditus quoſcumq; Societatis, & exitus in medio:
ſintq; per omnia ſimiles, neq; in vlo aliquatenus diſcre-
pantes. Horum vnuſ ſeruetur apud deputatos, ſcriptus
manu Provisoris, ſeu Dispensatoris. Secundus penes Pro-
visorēm, ſcriptus manu vniuſ ex deputatis. Tertius vero
eſtodiatur penes Computatorem, ipſius Computatoris

P A R S

manuscriptus. Fiat præterrealibellus unus, in quo notentur eleemosynæ illorumq; nomina, quibus diebus dominis eis distribuuntur. Item liber alius, in quo scribantur nomina ac cognomina pauperum erubescientium, potentium recipi, et inquirendorum pro eleemosynis, in qua urbis Regione habitant, quot degunt sub ijsdem tec̄tis, cuius census, cuius ætatis, & an tales sint, quales fortuna virgente, ad eleemosynarū beneficium admitti debeant. Itē liber unus, in quo scribantur nomina & cognomina, omnium & singulorum Confratrum Charitatis, ubi, quas elargiuntur annuas eleemosynas, ad exercēda Charitatis opera inserbantur: similiter quo mense, et quo tempore. Qui libri, asseruentur apud deputatos Societatis. Item liber alius in membranis, suis exornatus characteribus, et figuris, ubi scribantur Contractus, Instrumenta, obligationes, legata, et quæcumq; ad Societatem pertinentia: quæ omnia, manu Secretarij Societatis notentur, vel alterius cuiuscumq; per Societatem deputandi: serueturq; sub diligenti, & tutâ custodia penes deputatos dictæ Societatis, neq; alicui (quicunq; is sit) tradi possit, aut concedi, absq; consensu, & mandato deputatorum. Et ne forte per negligētiā, & dolum, aut amitteretur, aut defraudaretur, nouis electis deputatis, per veteres consignari deputatos debeant.

Quod Deputati intersint distributioni eleemosynarum. **C A P . VI.**

CVM plurimum afferat decoris, sitq; quorūdam ex Confratribus necessaria præsentia, in eleemosynarum elargitione, ne res Societatis, tanq; negligētæ pertra-
Etentur: Mandatur q̄d domini deputati, vel saltem ipsorum viuis, xum Proutore, & Factore, interessē debeant in loco solito, quotiēs pauperibus eleemosynæ elargiuntur, no tentiq; eleemosynas, & eos quibus erogantur.

De eleemosynis. **C A P . VII.**

Quoniam videndum est, & confiderandum, non tantum quod detur, et qualiter quando, ubi, quare, Verū imprimis cui, ut gratissima sint beneficia, omnīq; vident culpa, CV M turpissimū beneficij genus sit incōsulta donatio: ob eā causam, Sanctissimæ Charitatis Confratres, statuerunt, & sancierunt, q̄d ex fratribus non nulli deligantur, super pauperes inquirendos, quiq; vitæ honestioris, & reperi fuerint indigentiores, ad eleemosynas admittantur, & si qui fuerint melioribus orti parētibus, in pari indigentia alijs preferantur: Itidem, carentes patre, & matre, ac qui fuerint onerati multa prole, eademq; inutili, necnon qui aduersa valetudine grauabūtur, & qui domi filias nubiles continebunt. Præterea, si quis

P A R S

è societate, in calamitatem, atq; indigentiam incideret, cœte
ris omnibus sit præferendum: qui Inquisidores, de inquisicio-
ne facta, manu sua in libris fidem faciant.

De Facienda Congregatione,

C A P . V I I I .

VT rerum indies emergentium difficultati considera-
tur, rectiusq; ea quæ Societatis interfunt pertra-
tentur: Mandantur, q; deputati, vna cum Prouiso-
re, diebus Dominicis ciuiuscunq; mensis, similiterq; infra
mensim(totiens quotiens opus fuerit) ordinaria conuoca-
tione congregent tantum Consiliarios, et Secretariū, cate-
rosp Officiales, vbi consultent de negotijs ipius Societa-
tis tractandis, & expediendis, & q; sancium erit,
notetur in libro super hoc decreto per Secretarium. Præ-
terea, quandocumq; necessarium foret, & ob res vigentio-
res contingeret conuocare generalem frarum congregatio-
nem: tunc, & eo casu deputati, curen̄t congregari facere
omnes homines Societatis, su quo plures possunt, vt re-
bus omnibus, quæ ex vnu Societatis fuerint, opportu-
nius consulatur. Et si congregati fratres, fuerint in votis,
& voce discrepantes, fieri debeat discussio per lapil-
los, vt superius, statuto de ijs confeeto, plenius con-
tinetur.

De auctoritate Deputatorum, & Consiliariorum. CAP. IX.

Quoniam nihil ita cauendum est, q̄ ne Sanctissimæ Charitatis Confratres, crebro vocati fastidio afficiantur: Mandatur, q̄ quæcunq; per deputatos, & plures ex consiliarij erunt constituta, et decreta in rem Societatis, rata habeantur, et firma, ac si generatim per omnes decreta fuissent, nisi talia essent, que tenderent in alienationem immobilium bonorum dictæ Societatis.

De alienandis bonis immobilibus Societatis. CAP. X.

Mandatur præterea, ut omni ex parte Societati consilatur, et ei penitus remedij satis fiat opportunis, q̄ deputati, & Consiliarij, non possint nec audeant, bona Societatis immobilia aſcendentia ad summā ducat. centum auri de Camera, alienare, absq; una Congregatione super hoc intimata, et ſpecialiter deputanda, in qua praefentes eſſe debeant deputati et omnes consiliarij, vel ipſorum maior pars, vna cum aliquibus alijs ex fratribus, ac ſaltem debeat approbari numero in totum Viginti quinq; quæ alienatio, ſi fieret, debeat apponi per Secretarium in libro Congregationum, cum clausulis ſuperius exprefſis,

PARS

ac testibus ad hoc specialiter vocatis, et rogatis. Quod si forte obseruare neglexerint, tunc huiusmodi alienatio, nullius sit roboris, vel momenti, et ipsi puniantur arbitrio Syndicorum.

De Infirmis. CAP. XI.

CVM nulla ex virtutibus plurimis admirabilior excusat inter mortales, neq; gravior Charitate, hominesq; ad Deum nulla re proprius accedat, qd salutem hominibus dādo, atq; in infortunijs opportune cōsulendo: ob eā causam eiusdem Charitatis Confratres in cōmuniē indigenium utilitatē longius proficienes, feruenti corde, puroq; cordis affectu, conuenerunt frequentes, atq; per urbem, qui grauius ægrotare reperirentur, suorūq; auxilio penitus destituti essent, vt ad certa urbis loca, in pauperum languentium v̄sus, alimentum, et subsidium, passim erecta, et dotata, per impotētiam hancquaq; accedere possent, tunc intenta, ac diligenti Societatis cura, eiusq; impensis, ad dicta loca, et Hospitalia, vt melius, vtq; commodius, ad tantum Charitatis exequendum munus, deputatis visum fuerit, deferendos statuerunt, et imprimis manus dauerunt.

De Carceratis, & Procuratoribus,
CAP. XII.

Quoniam is verè Christi nomen assumit: qui alium dolorem, tanq̄ proprium sentit: qui opprimi pauperem, se præsente, non patitur, qui miseris subuenit, qui ad fletum fletibus prouocatur alienis, iuxta illud Pauli. **Q**uis infirmatur, & ego non infirmor? Idcirco Sanctissimæ Charitatis Confratres, matura præmissa consultatione (**Q**VANDO quidē melius accurātur, quæ consilio reguntur, q̄d quæ sine consilio administratur) ut Charitatis opera absolutius perficiantur, constituerunt, q̄d unus vel plures (ut necessitas expostulabit) deputentur Procuratores, non tam iuris, legumq̄ periti, q̄d bonorum operum studiosi sectatores, et viri timentes Deum, quibus sit curæ carceres visitare, ac eos, qui in carceribus detentos inuenerint, & talia commisisse, quibus facile sit cognoscendum, aut forte citrā culpam per violentiam in carcere compulsi forent, tunc ad hanc carceratorum curā, ac tutelam dicti Procuratores deputati, talium innocentia tutentur, ab oppressione subleuent, & donec ex carceribus liberentur, absq; tamen alterius iactura, seu præiudicio, non desistant. Præterea constituti Procuratores, vel aliij, per deputatos, & consiliarios constituendi, teneantur

P A R S

omni studio, omniq; opera, cura, et diligentia, res omnes,
et causas ad Societatem spectantes, bene gerere, et ci-
trà dolum, ac fraudem procurare, qui durent ad dictorum
arbitrium, mercede mq; habeant, ut cù eisdem cōuenerint,
et accedere obligentur, quotiens à dictis officialibus in
Congregationem vocati fuerint, ut rectius instruantur
de causis, et negotijs gerendis ac liibus ipsius Societatis
exercendis.

De Humatione defunctorum.

C A P . X I I I .

Quantum autem studij, non solum seruandæ, sed
etiam amplificandæ Religioni adhibendum sit, al-
tius excedentes Charitatis Confratres, cōmuniq; om-
nium et terrarum, et gentium parentis, Vrbis Ro-
mæ, flagrantissimo amore incensi: volentes iū florenti-
simæ, tum etiam opulentissimæ Ciuitati, opportunis auxi-
lijs occurrere, et subuenire, cum passim per vias urbis
publicas, non sine multo transeuntium horrore, ac Stoma-
cho, morientium cadaveræ spectarentur, et quod turpissi-
mum est, venum eadem probrofissime exposita, et ita
quidem, ut non aliter à vilissimis quibuscumq; cadaverū
funeratoribus, ad Sepulchrum exportarentur. Ad tollen-
dam igitur turpem hanc temporum notam, et ad tātam
Vrbem, quam super his sollicitam esse oportebat, ab insa-

mia sordidissima vindicandam, mandauerunt, & unum
præ cæteris omnibus sanxerunt, ut corpora eorum, qui ab
hac vita decedunt quoquomodo, & propter inopiam, fu-
nebri pompa humari nō possunt, per certos homines Cha-
ritati addicētos, vel per Societatem conducendos, efferri
debeat, præcedente Sacerdote, cum sacratissimo crucis ve-
xillo, & incensis funeralibus, impensis, et cura Societatis,
si defuncti, vel suorum, & propinquorum auxilio deſtituti,
aut propria deficiente ſubſtantia, sepulturæ eccleſia
ſtice tradi non poſſent: Necnō, et ſi ubi cuipq; ſepeliantur,
ſacris ad hos uſus dicatis, ut melius in ſacro ſanctaræ Reli-
gionis Christianæ decus, & firmamentum, ſanctissimæ
Charitatis Confratres, vel potius deputati, faciendum cui-
rauerunt exequendum q̄ censuerint.

De Prouifore, ſue Camerario.

CAP. XIII.

Quoniam duorum temporum maximam eſſe haben-
dam curam, maiores noſtri opinati ſunt, & mane,
& vespere, id eſt eorum, quæ acſturi ſunus, & eoru-
que geſſimus, ſemperq; proſpectum in futura intenden-
tes, deliberabant diu, quicquid ſtatuendum erat ſ. mel. His
igitur de causis altius repetitis, ſanctissimæ Charitatis So-
cetas, ſtatuit, & ordinavit, ut res Societatis, ſub tuiori

custodia contineantur; et ne forte alicui malae mentis, de praesuppositione ingenij homini creditæ, in deteriorius laborem ui, quod suurus Provisor, et rerum Societatis Receptor, atque Administrator, primum omnium, huic officio praeficiatur, bonæ vir conscientiæ, & nominis, qui nulla necessitate, ad fallendum cogatur, sed constantissimæ fiduci id agat, ut

QUALIS videri velit, talis et sit. Quia omnia, & jingula bona pertinetia ad Societatem, & ad necessarios eiusdem usus comparata, accipiat sibi consignanda per deputatos et Proviseorem praeteritos, consecratio super ijs inventario per Secretarium, et talia penes se, vel ubi melius visum fuerit, durante eius officio, diligenter custodiatur, donec de dictis bonis aliud fuerit ordinatum, et ita autem per deputatos, & Societatis officiales. Teneatur similiter eleemosynas omnes Societati das, eodem die, vel ad summum sequenti significare, & palam facere deputatis, & curet notari in libris solitis, sub pena dupli acceptorum. Ulterius, scribere debeat, & annotare in libro deputatorum, omnes, & singulas pecuniarum summas, ex quacumque persona oblatas, amore, ac intuitu Charitatis, necnon ex capsula extractas, simul etiam expositas, & expensis, addendo dies, & menses, una cum anno salaris Christianæ, tā ipsius introitus, quod redditus. Praeterea non audeat, neque ullo modo presumat alienare, vel expendere summam pecuniarū, quæ excedat Caricos quinq[ue].

tametsi essent in rem Societatis , ab sp mandato signato
 Charitatis sigillo , & subscripto per tres , vel saliem duos
 ex deputatis , excepto si fieret solutio in loco solito , &
 die Statuto , præsentibus deputatis . Q uod si contrauene-
 rit , in paenam dupli se incidisse nouerit . Postremo , & ul-
 timo , non possit , neq; debeat , penes se tenere rerum qua-
 runcunq; valorem , & pecunias , quæ excedant sumnam
 due centum , supra quam officiales , & si opportunū fue-
 rit , conuocati aliqui ex fratribus , prouidere debeant , &
 curare , ut melius , & in rem Societatis exequendum can-
 tius videbitur .

De Secretario. CAP. XV.

SApientium sententia est , cogitanda esse omnia , &
 remedia aduersus ea , quæ possunt euenire , præparan-
 da (S V M M A enim miseria est nescire quò tendas ,
 et insipientis dicere , non putarā) Q uapropter , pientissi-
 ma Charitatis Societas , statuens oppugnatia propulsare ,
 posteritatis cōsulendo , vi à tempore , quo dicta Societas ini-
 citum sumpsu , neq; rerum memoriam gestarum , nec fa-
 ctorum quorumcumq; scriem , neq; institutio nū , ac obser-
 rationum , cæteroruq; ad Societatem spectantium cogni-
 tionem ullam desyderarent , atq; de temporū iniuria , vel
 de hominum negligentia cōquererentur : statuit , et innic-

P A R S

labili Statuto obseruari mandauit, ut per officiales eligatur
 debeat numero fratrum, unus Secretarius, vir iustus
 & probus, et Notarius publicus, qui primum omnium
 praesens esse teneatur, quotiens fratres congregantur, no-
 tetque in libro congregationum, penes se detinendo, omnes
 congregations, tam ordinaria, quam extraordinaria conuoca-
 tione factas, cum nominibus illorum, qui praesentes erunt,
 & ea quae in consultatione proponentur, & exequen-
 da obtinebuntur, ut reijcentur. Similiter, habeat librum
 aliud, in quo scribat omnes homines Societatis: quibus sub-
 scribat quas, Confratres, eleemosynas clargiuntur, ad exer-
 cenda Charitatis opera, praesertim illorum: quibus haec
 subscriptio libuerit. Præterea, tertium librum, seu Proto-
 collum in quo aliud quicunque scribere non ausit, praeter ea, de
 quibus rogatum se faciet, cum a deputatis vocatus fuerit
 tam ex contractu, quam ex ultima voluntate. Deinde trans-
 scribat in libro Societatis, dicto Catasto, subscriptaque una
 cum suo solito signo, & testibus. Item obligetur dictus
 Secretarius, per publicum instrumentum, medio eius iu-
 ramento, manu alicuius publici Notarii, omnia, & quae-
 cumque ad Societatem spectantia, & contractus quouscumque
 instrumenta, et obligationes restituere Societati, in even-
 tam, in quem, ab officio amoueretur, vel si moreretur, ea-
 dem, & simili obligatione, eius haeredes teneantur, non
 obstante quibuscumque. Ac si Societas indigeret aliquo instru-

mento, super quo fuerit rogatus, teneatur ab his præmio, & publicam redigere formam, & deputatis exhibere. Teneatur similiter concessiones omnes, & indulgentias, & summis Pontificibus Societati concessas, aut ipsas bullas, particulariter legere, aut summarie, in ipsis contenta, hominibus Societatis indicare, quod brevius poterit: pariterque institutiones, & obseruationes super id confessas, & conficiendas, decretas, & decernendas, publica voce recitare, ne aliquis de Societate possit unquam dicere, de ijs omnibus non habuisse notitiam, & in excusationem non notar legi se injicat: intelligentq; omnes, quantum lucretur mandatorum Societatis obseruator: quantuq; culpentur, & amittant eorundem inobseruatorum, & rerum Societatis violenti detentores, qui in proprium usum, & non in publicum, illa detinent, et ut bene merenti, addatur bene ferre gratiam, & laboribus paream consequi remunerationem, habeat laborum suorum id stipendij annui, quod cum officialibus conuentione facta paciscetur.

De Computatore, seu Computista.

CAP. X VI.

CV M. nihil sit, quod tam deteat, qm in omni re gerenda maturum consilium intentamus ac diligentem curam exhibere, vi eorum, quos fidos putamus, infidias,

PARS

(Si quæ latent) cauere possimus (ILLUD enim quod
caelatur malum, & nocendi fraus, quæ non speratur, po-
tentior esse solet) statutum est, & ordinatum, q̄ ex So-
cietate, unus deputetur Computator, nō (vt ceteri Offi-
ciales) statuto tempore, ab officio amouendus. Hic penes
se diligenter seruabit tertium librum, in quo manu pro-
pria scribat, & notet, tam accepta, q̄ expensa Societatis,
sit q̄ per omnia similis, neq; vlla in re aliquatenus discre-
pet, a libris deputatorum, & Promisoris. Præterea, ex
una parte, omnia legata, seu alia, ex ultima voluntate ac-
cepta, scribat, et eorum faciat Societatem creditricem. Ex-
altera vero parte, rerum habitarū, et receptarum debitri-
cem. In una itidem parte dicti libri, scribat res immobiles
Societatis, & annotet pensiones earum, & sic creditri-
cem faciat, receiptis autem debitricem. In fine vero Offi-
cij deputatorum, & Promisoris, teneatur librum hunc,
in minus Syndicorum tradere, vt rerum quaruncunq;
gestarum veritatem melius percipere, & indica-
re possint.

De Syndicis. CAP. XVII.

QVONIAM raro laeditur homo ab extraneis, si sui cā
non laedant (MAGIS enim in fidijs nostrorum,
q̄ aliorum, periclitamur) Idcirco sanctissima hac Socie-

res ad ea, que euenire possunt, propulsanda; ante omnia
statuit, ut quoties novi creariur Officiale sive fraenum nu-
mero, duo elegantur Syndici, qui curare debent intram deci-
mum diem habere libros præteriorum deputatorum, et
Provisoris, illosque diligenter inspectare, et examinare, et
an sint conformes, tam in exitu, quam in introitu. Quibus
inspectis, ut Societas ne minimum quidem defraudetur,
liberam habent potestatem (ut ius exposculabit) et con-
demnandi, et absoluendi, tam deputatos, quam Provisorum,
similiter inspectant librum Computatoris, in quo erunt no-
tata credita, et debita Societatis, tam ex causa testamen-
torum Societatis, quam alio quouis modo habita. Et itidem, om-
nia immobilia Societatis, veluti domos, possessiones, cetera
quam bona, et sic scire, ex ipsis redditus et prouentus.
Præterea examinabunt diligenter librum unum, in quo
notati erunt omnes stipendiati per Societatem, et quid
ipsis pro stipendio datum sit, et ad quæ teneantur, et
poenam contrafacentium (ut statuto cauetur) id quod, si
deputati, et Provisor, non fuerint executi in contrafa-
cientes, eorundem retinendo Salarium, eadem multe lenta
poena, qua ipsi tenebantur contrafacentes. Ultimo, ipsi
Syndici, perquirant et inuestigent, si deputati, et Pro-
visor, rem aliquam contra statutum alienauerint, et tunc
videant statuta Societatis, et si in aliquo contrafecerint, quam
sibi sit data potestas, eosdem compellere possint, et

P A R S

condemnare , omni meliori modo , iure , via , & forma ,
quibus melius fieri posse videbitur .

De potestate Syndicorum .

C A P . X V I I I .

VT operibus Charitatis , satis omnino fiat : & , quo
commodius possunt , cuncta pertractentur , quoniam
superiori statuto , de Syndicorum officio , plenius contine-
tur : visum est (ne vniuersa confundatur) in presenti sub-
iungere de Syndicorum potestate , ad liberam demandantem
sibi officij executionem , ut liberius occurrant multorum
petulantiae , qui suam defendere errorem perinacissime
malunt , q̄ se se citra pertinaciam (vt æquum postulat) pa-
tienter corrigere (interest enim in quantum , et in quibus
rebus erretur) ob eam causam statutum est , et decretum ,
q̄ Syndici , sola in spe cuncta veritate , quaruncumq; rerum , per-
peram administratarum , possint , et plenum ius habeat ,
absq; illa cognitione , vel strepitu forensi , & figura iudi-
cij , super his cognoscere , procedere , sententiam ferre , ter-
minare , decidere , summarie , simpliciter , & de plano , om-
ni die feriato , & non feriato , citato , & non citato , scri-
pto , & non scripto , sicuti melius procedendum rati fue-
rint , infra unum mensem , seu ad summum ad duos men-
ses , à die prime citationis facienda per quaecunque de Soo.

dictate. His actis, conuocari faciant omnes socios, seu maiorem illorum partem, quibus praesentibus dato, ac preferto Syndicis sacramento per Secretarium, manu tacitis sacrosantis scripturis, ne alicuius subirabentes personam, aut cuiusq[ue] veriti magnitudinem, neq[ue] consanguinitatem, aut amicitia, amore, fauore, precio, aut e conuerso, hostili odio, vel inimicijs, in iudicando ducantur, peruerentes, iudicium Christi, qui est iustitia, sed solum Deum ante oculos habentes, & facti veritatem, sententiam proferant absolucionem, aut condemnacionem, scribendam, et subscribendam per Secretarium in libro Congregationum, una cum testibus. Aqua sententia, non possint, neq[ue] ullo pacto valeant appellare, neq[ue] prouocare, apud quacunq[ue] curiam, seu iudicem, nisi apud deputatos, & eos, quos dicti domini deputati ad talia elegerint, sed lata sententia habeatur rata, & firma, & execution mandanda: Sub h[oc]c debetant ipsi Syndici, manu propria, in libro deputatorum, latam sententiam scribere, et notare.

De Iuramento praestando Officialibus.

CAP. XIX.

QUAMICIS, sine Deo, vir bonus nemo fit, quia tamen non est veritatis amor, ut quicquid aliquis dixerit iuratum putet: tamen quia timor omnipotentis Dei, solet

P A R S

humanis mentibus terrorēm incutere , et neg̃ est contra
Dei praeceptum iurare: Statutum est, & decretum , ad
res Societatis rectius & prudentius administrandas, q̃
amnes & singuli electi officiales in principio Officij,
in Congregatione in manus Secretarij, debeant iurare ad
sancta dei Euangelia, tactis Sacrosanctis scripturis pre-
sentibus praeteritis deputatis, se bene, pie, recte, omni cor-
dis sinceritate, & puræ mentis integritate, intuitu filius
omnipotens Dei, et sanctissimæ Charitatis, suum exer-
cere Officium, omnem p̃ Societatis utilitatem , & ho-
norem curare, & non aliquo amore, precio, timore, odio,
& fraude, contra ipsam Societatem contrauenire, & cir-
ca Officialium creationem, se pueros atq; irrefræbenses
les exhibere, eaq; agere, quæ in statutis, obseruatione sum-
ma, agenda imprimis mandantur.

De Solicitoribus. CAP. XX.

Quoniam in cassum munita sunt cætera , cum locus
vnus, de quo hosti patet aditus, non est munitus: ni-
bil. p̃ potest esse iure laudabile, nisi quod suis constat nu-
meris. Ideo, ut res, quæ sunt ad ipsam Societatem necessa-
ria, rectius perficiantur: Decreto omnium sancitum est,
q̃ vnus s̃ u plures deputentur Nuncij, siue Sollicitatores,
quibus Societatis impensis sit satisfaciendum : qui citent,

nuncient, & exequantur, secundū ea, quæ sibi commissa fuerint per deputatos, tanq̄ per eos, qui cognitionem rerū Societatis habent, et non alios, et omnibus interfint rebus necessarijs Societatis, totiesq; quoties futuræ sunt Congregationes, si ipsorum defec̄tu, et negligentia, necessarijs ipsius Societatis negotijs defuerint, vel negligentes fuerint, in executione sit potestas in Officialibus, ipsos ab Officio submouere, aliosq; eorum loco sufficere.

De futuris Officialibus.

CAP. XXI.

Quoniam indecorum est, & impium, per pollutas homines manusq; immundas habētes, Sanctissimæ Charitatis opera exerceri, & in cassum, aduersus exteriōres hostes in campo bellum geritur, si intra Civitatis moenia in fidians Ciuis habetur: Statutum est, & decretum ne aliquis ad ullum Societatis officium eligatur, qui publico adulterio sit inuolutus, aut alia re mala, sit notus, veluti Blaspheiator, Fœnenerator, bonorum suorum lusor, aut qui Alternatiuā quinquennij, aut bonoruā cessionem sumpserit. Et si quis huiusmodi electus fuerit ad ali quod Officium, & post electionem venerit in notitiā, possit. & debeat, ab Officio & Societate remoueti, aliusq; eius loco sufficiatur.

P A R . S

De Visitatoribus Infirmorum Societatis.

C A P . X X I I .

Quoniam non tantum docet nos lectio euangelica, Christum vestire in pauperibus: pascere in esurié tibus: suscipere in eis, qui tec̄to indigent: sed et visitare in languenibus, et maxime in domesticis fidei: Statutum est, et decretū, quod ex numero fratrum deputentur duo, qui magis idonei visi fuerint, qui infirmos de Societe te visitent, et adeant, atque ab ipsis intelligant, si qua indi gent subuentione, sive opportune subueniantur, non solum in his, quae sunt ad corporis valetudinem necessaria, sed et animæ, ut est Confessio, et Communio. Et si con tigerit, quod aliquis moreretur, carent eius Sepulturam, ubi talis defunctus viuens se adiudicauerit: et infirmi teneantur denunciare deputatis pro tempore, sive Secretario, eorum infirmitatem, ut visitari possint:

De Capsula Eleemosynarum, et clambus.

C A P . X X I I I .

Quoniam plurimi sunt, qui dantes eleemosynam, non omnibus palam esse eam volunt, quemadmodum publicanus, sed clam esse, quanto maxime possunt, studio contendunt, iuxta illud præceptum. Nesciat sinistra

tua, quod facit dextera tua: Statutum est, & decretum,
 q̄ Societas habeat Capsulam vnam, quae sit fixa in parie
 te in æde sacra Sancti Andreæ, vel alio in loco, ubi per di
 etiam Societatem constitutum fuerit. Hæc Capsula tri
 bus clavis, ad tutiorem custodiam, continetur: quarum
 una præseruetur penes unum ex deputatis. Alia vero,
 penes Promisorem: & tertia, penes unum ex Consilia
 rijs. In qua Capsula, reponantur omnes elemosynarum
 oblationes, & que aperiri possit, soties, quoties ad extra
 bendas oblatas elemosynas, cōsentientibus Officialib.
 ex usu fuerit.

Q uod nemini ex Confratribus li
 ceat pro alio intercedere.

CAP. XXIII.

Q uando quidem arbitrari debemus, magis esse con
 tra naturam, hominem homini detrabere, q̄ omnia
 incommoda subire, vel externa, vel corporis, atq; nulla
 de re, magis Deum offendisse ille populus Iudaicus dici
 tur, q̄ contra Deum murmurando. Idcirco, ad evitanda
 scandala, & sedanda iurgia, quæ susurrone substracto,
 imprimis conquiescunt: Sanctissimæ Charitatis Societas,
 in unum congregata (matura tamen præmissa delibera
 tione) statuit, & ordinavit, q̄ nullus ex Confratribus,

PARS

possit, & valeat intercedere aut supplicare apud dominos deputatos Societatis pro aliquo (quicunq; is sit) ut ad eleemosynarum beneficium admittatur. Liceat tamen, et ius tantummodo habeant, simpliciter deputatis denunciare, atq; ab his alia petitione, aut aliqua admissionis instantia in foro conscientiae iudicare, idq; in euentum, in quem alicuius probi viri, seu honestae mulieris, vel ex certa causa scientiae, vel ex publica aliorum fama, necessitatem intellexerint.

Finit secunda pars Statutorum, siue Constitutionum Sanctissimae Societatis Charitatis.

STATV TORVM,
SEV CONSTITUTIONVM
SOCIETATIS CHARITA-
TIS DE VRBE.

BARS TERTIA.

*Statutum, super maiori dilucidatione mutationis,
suppletionis, ac additionis nonnullarum
Capitulorum hoc in Opusculo contentorum.*



V V M nihil antiquius, aut probabilius ordine, omnibus in rebus inueniatur; praesertim in illis, quæ publicæ appellantur, non ab re Magistratus, qui etsi præfunt, ut rectitudinis æquitas, siue quæ ad publica, siue quæ ad priuata negotia pertinet, inter eorum populos obseruetur: tum veteres sanções reformare (prout ad malos hominum mores corrigendos pertinere videtur) tum nouas, si opus fuerit, introducere a solent, ut suo quæcumque ordine gerantur. Quorum exemplum nobis, qui Confraternitatem hanc nostram Charitate coniunctam, ab ea quæ denominata, non inoelici-

P A R S

ter exerceamus, & quam validi Remp. summa in pace;
& concordia, Deo optimo duce, conservare & gubernare
re cupimus, tanq; omnium optimum visum est sequit. Sta-
tutimus igitur nonnullorum (vt aiunt) capitulo rum prae-
pta quædam, ad venerabilem hanc Societatem regendam
constituta, in quibusdam locis, ubi non satis digesta vide-
batur, mutare, eisq; supplere, ac de novo addere, ut recto
ordine, qui potissimum decet Charitatem, atq; honorem
Dei, deinde tot viros probos, quibus hæc sancta Societas
indies augetur omnia regantur, necnon æque omnibus mi-
nistra exeat.

C A P. I.

PRIMO igitur Capiti adnectendum videtur
fundamentū, super quod hæc Sancta Societas, tanq;
columna super basim posita est, scilicet carceratorum vi-
fitatio, ac prouisiones mortuorum desitutorum Sepultu-
ra: in egentes infirmos, ac honestos pauperes, sed mendi-
care erubescētes misericordia, ob quas potissimum causas,
hæc amplectēda pietas initia ta est. Quod latius in Bul-
la in stōnis huius, à Leone X.P.M. probata, videre est.

C A P. II.

VT sub umbra alarum S. R.E. videatur coniun-
cta hæc Charitas enutriri: Volumus qd aliquis ex
Reverendissimorum

Reuerendissimorum Cardinalium Collegio, eligatur Pro-
tector, Q uod alias habetur ratum in generali Congre-
gatione, Die X X I. Decemb. M. D. X X X. ha-
bita: in qua, ut Reuerendissimus Tranen, ad hoc roga-
tur, à fratribus conuentum fuit.

C A P. III.

Q uod ex Generali decreto sub die X X V I I. De-
cemb. M. D. X X X I X. proscripto: quo-
tannis noui elegantur Officiales, quod securitatem quan-
dam Societatis rebus, munerisq; huius participationem,
omnibus videtur praestare.

C A P. V.

Q uod duo libri tantum: vt modo, etiam teneantur;
vnum videlicet Camerarius habeat. Alterum, qui
præst computo. Et hoc, quia non ab re Confratribus vi-
sum est, ideo debet obseruari.

C A P. VII.

Q uod ad deputatos specialiter pertineat, eos inqui-
rere, quibus dandæ sint eleemosynæ, quotiescunq;

P A R S

oportebit dare, aut iterum dare, recipientibusq; eleemosy-
nas, præbere Chartulas, vel Apocas subscriptas, ad ter-
tium usq; mensem duraturas.

C A P . V I I I .

Quod singulis Dominicae diebus, deputati Camera-
rius, qui est a secretis, & Computista, in locum
ad hoc electum, conueniant; ibi q; quæ administranda sunt,
conferant, ut deinde, sicut fuerit visum, disponantur.

C A P . X .

I Stud Capitulum videtur affa im delendum. Non
enim conuenit æquitati, tam omnis Charitati immobi-
lia bona alienari, nisi ex congregacione illorum omnium
ad sit consensus, quorum suffragijs huiusmodi rebus ditata
est Societas.

C A P . X I I I .

Perquam optimū videtur, Camerarium in ingressu
Officij, de futura administratione fideli, idoneam
præstare cautionē, F A C I L I T A S enim delinquen-
di allicit hominem ad delictū, quod non euenerit, si fit in-
sionis vinculo se nobis obstrinxerit.

C A P. XXV.

Quoniam Daemon vndiq; incurritat, & circuit,
quærens tanq; Leo, disbergere armenta, sub ba-
culo Christi Pastoris vnà cohabitā. ut & portet nobis caue-
re. Imprimis p; fucatos hypocritas ab hac syncera vnione
præcul arcere, consilium Domini reminiscētes, quo ait. At-
tendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestibus
ouiu n: intrinsecus autem sunt lupi rafaces. Modum vero
cognoscendi huiusmodi genus hominum aperit, ubi statim
sequitur dicens. A fructibus eorum cognoscetis eos. Dili-
genter ideo de omnibus inquirendum, qui sub hac pietatis
conditione esse volent. Et priusq; recipiantur, haben-
da eorum nomina à deputatis. Deinde super vita, fama,
ac moribus eorum, diligens inquisitio facienda est. Quo-
rum relatio, si eisdem deputatis honesta videbitur: ex-
aminato eorum ingressu, per fabas albas, & nigras, reci-
plantur. EX hoc enim fit: ut unusquisq; eorum, qui in
huiusmodi scrutinio erunt, quid de intrare volentibus sibi
videatur tacite, ne odio habeantur, significare possint.

C A P. XXVI.

Verum quia penes nos, cum hæc capitula cœnferen-
tur, non erat Menialium Cœnuer Sarum conſydera-

P A R S

tio, ideo nec quicq; de eis fuerat prolatum: Num autem
quod apud nos, multis iam transactis annis, earum guber-
natio exercetur: placuit enim Leoni decimo fœlicis recor-
dationis P. M. prouinciam hanc, quorundam optimorum
bonorum, feruenti charitate (fauente numine cœlesti) in-
choatam, manibus Societatis nostræ regendam, commite-
re: Operæ premium videatur: nonnulla in ea animaduerte-
re, atq; ordinare, vt instar rerum nostrarum, quæq; vel
recta, vel tutiori via gerantur: refugiumq; hoc peccatricū
illarum, tanq; Asylum, virtute nostra, Deo cooperante,
sacrum intemeratumq; permaneat. Cæterum, si cura hæc
ad nostram pertinet Societatem: conueniens etiam est,
vt ex ea, ad regendum Monasterium deputati, alioquin
viri morigerati, desiderijsq; humanarū rerum alieni, tem-
poribus constitutis diligentur. Quibus non suo tantum
arbitrio concedimus huiusmodi Conuersas, ad Monaste-
rium admittere, sed et deputatorum Charitatis consen-
sum, et Reuerendissimi Protectoris autoritatem adesse
præcipimus: omnesq; insuper admonemus, vt exactam
circa illas diligentiam, vel maxime earum conditionem,
anteq; intrent Monasterium, adhibeāt. Quoniam, neq;
infirmis, aut senio confessis ingressum concedimus, quā
eas deferat peccandi ars, non eæ artem, neq; deformibus
pariter, sive conjugatis (has enim à maritis separare im-
pium effet) illas verò, non compunctione cordis, sed defor-

mitatis causa, clauſtra ingredi velle, arbitrandum eſt.
 Q uæ omnia, in Cōgregatione, ſub die ultimo Nouemb.
 M. D. XXXVI. decreta, p erpetuoq; valitura,
 ſi diligēti modo, uti bonos decet Paſtores, executioni man
 data fuerint, neq; morbiſa pecus, reliquas vnḡ corrumpeſ
 oues, neq; (quod paruipendendum non eſt) vlla alicuius fa
 uore, ſine preci bus, ſine debita diligentia, ad perdeendas
 cæteras accedet.

Explicunt Statuta, ſive Conſtitutiones Societa
 tis Charitatis Almæ vrbis Romæ, addi
 to in ſuper fideli Indice, ſeu Re
 pertorio, summa cura Rol.

Oſten castigat. et
 accuratissime
 excuſſ.

Romæ apud Antonium Bladum Aſulanum,
 Pridie Noñ. Ianuarij M. D. XLVII.

INDEX, SIVE

INCIPIT INDEX, SIVE TABVLA

prime, secunde, ac tertie partis Statutorum,
seu Constitutionum Societatis Charita-
tatis Almae Vrbis Roma.

INDEX PRIMÆ PARTIS.

P roemium Statutorum Societatis Charitatis.	fol. 2
De personis admittendis in Societatem Charitatis.	Cap. I. fol. 3
De Protectore dictæ Societatis habendo.	Cap. II. fol. eodem.
De Officialibus, deputatis nuncupatis.	Cap. III. fol. eod.
De Officio dictorum deputatorum.	Cap. IIII. fol. 4.
De Secretario, & eius Officio.	Cap. V. fol. eodem
De Camerario, seu Camerlègo dictæ Societatis.	Cap. VI. fol. eod.
De Solicitatore ad visitandum Carceres.	Cap. VII. fol. 5.
De deputato ad interessendum in visitatione Carce- ratorum.	Cap. VIII. fol. eod.
De Baiulis sine Fachinis dictæ Societatis.	Cap. IX. fol. eodem
De Protectore, & cura Monasterii Conuertitarum de Urbe.	Cap. X. fol. 6.
De Congregationibus faciendis.	Cap. XI. fol. eodem.
De nō alienāto res immobiles dictæ Societatis.	Cap. XII. fo. eod.
De Syndicis eligendis.	Cap. XIII. fol. 7.
De Visitatoribus Infirmorum Societatis.	Cap. XIV. fol. eod.

INDEX SECUNDÆ PARTIS.

D E Titulo Societatis.	ibidem.	Cap. I.	fol. 7.
De Protectore.		Cap. II.	fol. 8.
De Eligendis Officialibus.		Cap. III.	fol. eodem.
De modo eligendi Officia'es.		Cap. IIII.	fol. eadē.
De Libris Societatis.		Cap. V.	fol. 9.
Q uod deputati interfint distributioni eleemosyna - rum.		Cap. VI.	fo. 10.
De Eleemosynise		Cap. VII.	fol. eodē.
De Facienda Congregatione.		Cap. VIII.	fol. eod.

REPERTORIUM. 24

De Auctoritate deputatorū, & Consiliariorū.	Cap. IX. fol. 11.
De alienandis bonis immobilibus Societatis.	Cap. X. fol. eodem.
De Infirmis.	Cap. XI. fol. eodē.
De Ciceratis, et Procuratoribus.	Cap. XII. fol. 12.
De Humatione Defunctorum.	Cap. XIII. fol. eodo.
De Provise, siue Camerario.	Cap. XIV. fol. 13.
De Secretario.	Cap. XV. fol. 14.
De Computatore, seu Computista.	Cap. XVI. fol. 15.
De Syndicis.	Cap. XVII. fo. eodō.
De potestate Syndicorum.	Cap. XVIII. fo. 16.
De Iuramento praestando Officidibus.	Cap. XIX. fol. 17.
De Solicitatoribus.	Cap. XX. fo. eod.
De futuris Officidibus.	Cap. XXI. fol. 18.
De Visitatoribus Infirmorum.	Cap. XXII. fo. eod.
De Capsula Eleemosynarū, & Clavibus.	Cap. XXIII. fo. eod.
Quod nemini ex Confratribus liceat pro alio intercedere.	Ca. XXIII. fo. 19.

INDEX TERTIÆ PARTIS.

STatutum, super maiori dilucidatione mutationis, suppletionis, additionis nonnullorum Capitulorum, hoc in Opusculo contentorum.

Cap. I.	fol. 20.
Cap. II.	fol. eod.
Cap. III.	fol. eod.
Cap. V.	fol. 21.
Cap. VII.	fo. eod.
Cap. VIII.	fol. eod.
Cap. X.	fol. eod.
Cap. XIV.	fol. eod.
Cap. XXV.	fo. 22.
Cap. XXVI.	fol. eod.

Cludit Index, seu Repertorium Statutorum, siue Constitutionum Societatis Ch. ritatis de Urbe.



